

Alte Drucke

Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta
septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum
sexaginta nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

Isidorus <Hispalensis>

Parisiis, 1524

INCIPIIT CONCILIVM MILEVITANVM.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505

- vi. **Q**uod iuxta sententiā Iohānis euāgeliz
ste nemo sit qui esse possit sine peccato.
- vii. **Q**uod vnicuique etiam iusto nō solū pro
aliis, sed & pro semetipso dicere oporteat di
mitte nobis debita nostra.
- viii. **Q**uod a sanctis veraciter dicitur dimitte
nobis debita nostra.
- ix. **Q**uod ad cōmunes causas ecclesie gene
rale conciliū congregari oporteat, in priua
tis vero causis speciale vniuscuiusque puitie.
- x. **V**t epistolas ad cōcilium euocandū me
tropolitanus subscribat, & dirigat.
- xi. **V**t de hereticis & infidelibus quicquid
in cōcilio cōstituitur a principe impleatur.
- xii. **V**t preces & orationes cōposite (nisi pba
bate fuerit in concilio) non dicantur.
- xiii. **V**t posteriores anterioribus episcopis nō
preferantur, nec inconsultis primatibus suis
aliquid agere presumant.
- xiiii. **V**t episcopi pro tempore consecrationis
sue litteras ab ordinatoribus habeant.
- xv. **V**t vbi primū quis legerit, ibi permane
at clericus.
- xvi. **V**t pro causis ecclesiarū executores vel
aduocati a principe postulentur.
- xvii. **V**t neque dimissus neque dimissa alteri cō
iungantur.
- xviii. **D**e his qui in sua prouintia non cōmu
nicant vbi alibi non communicent.
- xix. **D**e clericis qui apud principem seculare
iudiciū aut synodale impleuerint.
- xx. **V**t sine formatis nemo ad cōmitatū pfi
scatur, & qualiter formate fiant.
- xxi. **D**e episcopis qui quod repetere pote
rant, pretermissa synodo inuaserunt.
- xxii. **D**e clericis qui de iudicio episcoporum
suorum conqueruntur.
- xxiii. **D**e his qui apud hereticos penitentiam
acceperunt.
- xxiiii. **D**e episcopis negligentibus aduersus he
reticos.
- xxv. **V**nde supra.
- xxvi. **D**e virginibus que infra viginti quinque
annos necessitate cogente velantur.
- xxvii. **D**e episcopis qui post acta carthaginen
sis synodi retenti sunt ad reliqua peragenda.

INCIPIIT CONCILIVM MILEVITANVM.



QUORIOSISSIMIS IMPERATORIBVS ARCHAE
dio & honorio augustis viris clarissimis cōsulibus, sexto kalendas Septēbris in
ciuitate Mileuitana, in secretario basilice cum Aurelius episcopus ecclesie car
thaginis in concilio vniuersali cōsedisset astantibus diaconibus. Aureli⁹ episco
pus dixit, quoniā ecclesie sancte vnū est corpus omniumque mēbrorū caput est
vnum factum est volente domino ac nostram infirmitatem iuuāte, vt ad hanc
ecclesiā cōueniremus dilectionis & fraternitatis gratia inuitati, vnde queso cha
ritatem vestram, quia ita credēdū est, qd noster access⁹ ad vos nec supflus nec insuauis ē cunctis, ideoque
pariter quedā de causis fidei vnde nunc questio pelagionorum iminet in hoc cetu sanctissimo pri
mitus tractentur, deinde subsequatur & aliqua que discipline ecclesiastice necessaria existunt.

Capitulum primum.

Placuit ergo omnibus episcopis qui fuerunt in hac senita synodo cōstituere hec que in presenti
concilio definita sunt, vt quicūque dicit adam primū hominem mortale factum ita vt siue pecca
ret siue non peccaret moreretur in corpore hoc est de corpore exiret, nō peccati merito, sed necessitate
nature anathema sit.

Capitulum secundum.

Item placuit, vt quicūque paruulos recentes ab yteris matrū baptizandos negat, aut dicit quidem
In remissione peccatorū eos baptizari, sed nichil ex Adam trahere originalis peccati quod regenera
tionis lauacro expietur, vnde fit consequens, vt in eis forma baptismatis in remissione peccatorū nō
vera sed falsa intelligatur, anathema sit, quoniā non aliter intelligēdum est qd ait apostolus per vnū
hominem peccatū intrauit in mundum, & per peccatum mors & ita in omnes homines pertransiit
in quo omnes peccauerunt nisi quēadmodū ecclesia catholica vbiq; diffusa semper intellexit propter
hanc enim regulā fidei etiam paruuli qui nichil peccatorū in semetipsis adhuc cōmittere potuerunt
ideo in peccatorum remissione veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mundetur quod gene
ratione traxerunt.

Capitulum tertium.

Item placuit vt quicūque dixerit gratiā dei, i qua iustificamur per Iesum christū dominū nostrum

C. iiii.

A

B *sancta*

C

D

ad solam remissionem peccatorum valere quæ iam commissæ sunt, non etiam ad adiutorium ut non committantur, anathema sit.

Capitulum quartum.

Item quisquis dixerit eandem gratiam dei per Iesum Christum dominum nostrum propter hoc tantum nos adiuuare ad non peccandum, quia per ipsam nobis reuelatur & aperitur intelligentia mandatorum ut sciamus quid appetere, quid vitare debeamus, non autem per illam nobis prestari ut quod faciendum cognouerimus etiam facere diligamus, atque valeamus, anathema sit, cum dicat apostolus scientia inflat caritas vero edificat, valde impii est ut credamus ad eam que inflat nos habere gratiam Christi, ad eam que edificat non habere, cum sit utrumque donum dei, & scire quid facere debeamus, & diligere ut faciamus, ut edificante charitate scientia non possit inflare, sicut autem de deo scriptum est, qui docet hominem scientiam, ita etiam scriptum est, caritas ex deo est.

Capitulum quintum.

B Item placuit, ut quicumque dixerit ideo nobis gratiam iustificationis dari, ut quod facere per liberum iubemur arbitrium facilius possimus implere per gratiam, tamquam & si gratia non daretur non quidem facile, sed tamen possumus etiam sine illa implere diuina mandata, anathema sit. De fructibus enim mandatorum dominus loquebatur ubi non ait, sine me difficilius potestis facere sed ait, sine me nichil potestis facere.

Capitulum sextum.

C Item placuit quod ait sanctus Iohannes apostolus, si dixerimus quia peccatum non habemus nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est, quisquis sic accipiendum putauerit, ut dicat propter humanitatem non oportere dici nos non habere peccatum, non quia veritas est, anathema sit, sequitur eum apostolus & adiungit, si autem confessi fuerimus peccata nostra fidelis est & iustus qui remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate, ubi satis apparet hoc non tantum humiliter, sed etiam veraciter dici, poterat enim apostolus dicere, si dixerimus quia non habemus peccatum nos ipsos extollimus & humilitas in nobis non est, sed cum ait nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est, satis offendit eum qui se dixerit non habere peccatum non verum loqui sed falsum.

Capitulum septimum.

D Item placuit, ut quicumque dixerit in oratione dominica ideo dicere sanctos dimitte nobis debita nostra, ut non pro se ipsis hoc dicant, quia non est eis iam necessaria ista petitio, sed pro aliis qui sunt in suo populo peccatores, & ideo non dicere unumquemque sanctorum dimitte michi debita mea, sed dimitte nobis debita nostra, ut hoc pro aliis potius, quam pro se iustus petere intelligatur, anathema sit. Sanctus enim & iustus erat apostolus Iacobus cum dicebat, in multis enim offendimus omnes. Nam quare additum est omnes, nisi ut ista sententia conveniret & psalmo ubi legitur. Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Et in oratione sapientissimi Salomonis, non est homo qui non peccet. Et in libro Iob, in manu omnis hominis signat, ut sciat omnis homo infirmitatem suam, unde etiam Daniel sanctus & iustus cum in oratione pluraliter diceret, peccauimus iniquitatem fecimus & cetera, que ibi veraciter & humiliter confitetur, ne putaretur quemadmodum quidam sentiunt hec non de suis, sed de populi sui potius dixisse peccatis postea dixit. Cum orarem & confiterer peccata mea, & peccata populi mei domino deo nostro noluit dicere peccata nostra, sed populi sui dixit & sua, quia futuros istos qui tam male intelligunt tanquam propheta preuidit.

Capitulum octauum.

E Item placuit, ut quicumque verba ipsa dominice orationis ubi dicimus dimitte nobis debita nostra, ita volunt a sanctis dici, ut humiliter non veraciter hoc dicatur, anathema sit. Quis enim ferat orantem & non hominibus, sed ipsi domino mentientem qui labiis sibi dicit dimitti velle & corde dicit que sibi dimittantur debita non habere. Hucusque de fide contra pelagianos, nunc regule tractantur ecclesiastice.

Capitulum nonum.

F Placuit ut non sit ultra fatigandis fratribus anniuersaria necessitas, sed quotiens exegerit causa communis, id est totius africe undecumque ad hanc sedem pro concilio date littere fuerint congreganda esse synodum in ea prouintia ubi oportunitas persuaferit, cause autem que communes non sunt in suis prouintiis iudicentur.

Capitulum decimum.

G Placuit etiam pati, ut omnium episcoporum epistolis omnibus de concilio dandis sanctitas tua sola subscribat.

Capitulum undecimum.

Placuit

Placuit & illud aduersus hereticos, vel paganos, vel eorum superstitiones, ut legati missi de hoc glorioso concilio quicquid utile prouiderint a gloriosissimis principibus impetrent. **A**

Capitulum duodecimum

Placuit etiam & illud, ut preces vel orationes, seu missæ que probate fuerint in concilio, siue prefationes, siue commendationes, seu manus impositiones ab omnibus celebrentur, nec aliæ omnino dicantur in ecclesia nisi que a prudentioribus tractate vel comprobate in synodo fuerint, ne forte aliquid contra fidem vel per ignorantiam, vel per minus studium sit compositum. **B**

Capitulum decimum tertium.

Palentinus episcopus dixit, si permittit bonum patientie vestre, prosequar ea que necessaria sunt ecclesiastice discipline. Scimus enim sic inuolante permanisse ecclesiasticam disciplinam, ita ut nullus fratrum prioribus suis se aliquando auderet antepone, sed officiis legitimis id semper exhibitum est prioribus quod ab insequentibus rationabiliter semper acciperetur. Hunc ordinem iubeat sanctitas vestra melius vestris interlocutionibus roborare. Aurelius episcopus dixit, non decuerat quidem ut hec repeteremus nisi forte existeret inconsiderate mentes quorundam que ad hec statuenda nostros accuerent sensus, sed & communis hec causa est quam insinuauit frater & coepiscopus noster, ut unusquisque nostrum ordinem sibi decretum a deo cognoscat & posteriores anterioribus deferant, nec eis inconsultis aliquid agere presumat. Quia de re oportet eos qui putauerint spretis maioribus aliquid presumendum comperenter esse ab omni concilio coercendos, vniuersi episcopi dixerunt, hic ordo & a patribus & a maioribus est seruatus, & a nobis deo propitio seruabitur, saluo etiam iure primatus numidie & mauritanie. **C**

Capitulum decimum quartum

Deinde placuit, ut quicumque deinceps ab episcopis ordinatur, litteras accipiat ab ordinantibus suis manu eorum subscriptas continentes consulem & diem, ut nulla altercatio de posterioribus vel anterioribus oriatur. **D**

Capitulum decimum quintum.

Item placuit, ut quicumque in ecclesia vel semel legerit ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur. **E**

Capitulum decimum sextum

Placuit preterea, ut executoribus in omnibus iustis desideris impartiat, placuit etiam ut petatur a gloriosissimis imperatoribus, ut iubeant iudicibus dare petitos sibi defensores scholasticos qui in actu sint vel in officio defensionum causarum ecclesiasticarum, ut more sacerdotum prouintie id est ipsi qui defensionem ecclesiarum susceperint habeant facultatem pro negotiis ecclesiarum (quotiens necessitas flagitauerit) vel ad obstandum callide decipientibus vel obrepentibus, vel ad necessaria suggerenda ingredi iudicium secretaria. **F**

Capitulum decimum septimum.

Placuit ut secundum euangelicam & apostolicam disciplinam, neque dimissus ab uxore, neque dimissa a marito alteri coniungatur, sed ita maneant aut sibi met recōcilietur, quod si contempserint ad penitentiam redigantur, in qua causa legem imperialem petendam promulgari. **G**

Capitulum decimum octauum.

Placuit, ut quicumque non communicans in prouintia propria in aliis prouintiis vel transmarinis partibus ad communicandum obreperit, iacturam communionis vel clericatus excipiat. **H**

Capitulum decimum nonum.

Placuit ut quicumque ad imperatorem cognitionem iudiciorum publicorum ab episcopis petierit honore proprio priuetur, si autem episcopale iudicium ab imperatore postulauerit, nichil ei oblit. **I**

Capitulum vigesimum.

Placuit ut quicumque clericus propter necessitatem suam alicubi ad comitatum ire voluerit, formatam ab episcopo suo accipiat, quod si sine formata voluerit pergere a communione remoueatur, quod si alicubi ei repentina necessitas orta fuerit ad comitatum pergere alleget apud episcopum loci eius ipsam necessitatem, & de hoc scripta eiusdem episcopi deferat, formate autem que a primatibus vel a quibuscumque episcopis clericis propriis dantur habeant diem pasche. Quod si adhuc eiusdem anni pasche dies incerta est, ille precedens adiungatur quomodo solet post consulatum in publicis gestis ascribi. **K**

Capitulum vigesimum primum

Item placuit ut quicumque episcopi quascumque ecclesias vel plebes quas ad suam cathedram estimant pertinere, non ita repetunt ut causas suas episcopis iudicantibus agant, sed si in alio retinente irruerint siue volentibus siue nolentibus plebibus cause sue detrimentum patiantur, & quicumque iam hoc fecerint si nondum est inter episcopos finita contentio, sed adhuc inde contendant ille inde discedat quem consti- **L**

¶ CONCILIVM MILEVITAN VM.

terit pretermiſſis iudiciis eccleſiaſticis irruiffe, nec ſibi quiſq; blandiatur ſi a primatē vt retineat litteras impetrarit, ſed ſiue habeat litteras ſiue non habeat, conueniat eum qui tenet, & eius litteras accipiat, vt eum appareat pacifice tenuiſſe eccleſiam ad ſe pertinētē, ſi autem ille aliquā queſtionē retulerit per episcopos iudices cauſa finiatur, ſiue eis primates dederint, ſiue quos ipſos vicinos ex cōſenſu delegerint.

Capitulum vigeliſimum ſecundum.

A ¶ Item placuit, vt preſbyteri diaconi vel ceteri inferiores clerici in cauſas quas habuerint, ſi de iudiciis episcoporum ſuorum queſti fuerint, vicini episcopi eos audiant, & inter eos quicquid eſt, finiant adhibiti ab eis ex conſenſu episcoporum ſuorum, Quod ſi & ab eis prouocādum putauerint non prouocent niſi ad africana concilia, vel ad primates prouintiarum ſuarum, ad tranſmarina autem qui putauerit appellandum a nullo intra africam in cōmuniōne ſuſcipiatur.

Capitulum vigeliſimum tertium.

B ¶ Placuit vt quicunq; conuerſus ab hereticis dixerit ſe apud eos penitentiā accipere, vnusquiſq; catholicus episcopus requirat vbi & ob quā cauſam apud eoſdem hereticos penitentiā ſuſceperit, vt cum documentis certis hoc ipſum approbauerit ſibi pro qualitate peccati, ſicut eidem episcopo catholico viſum fuerit tempus penitentię, vel reconciliationis decernat.

Capitulum vigeliſimum quartum.

C ¶ Item placuit, vt quicunq; negligunt loca ad ſuam cathedram pertinentia in catholicā vnitatē lucrari conueniantur a diligentibus vicinis episcopis, vt id agere non morentur, quod ſi intra ſex meſes a die conuentionis non hoc fecerint qui potuerit eas lucrari ad ipſum pertineant, ita ſane vt ſi ille ad quē pertinuiffe videbātur probare potuerit magis illius electam negligētiam ab hereticis impune vbi ſint & ſuam diligētiam fuiſſe preuentam, vt eo modo eius cura ſolertior vitaretur, cum hoc iudices episcopi cognouerint ſiue cathedre loca reſtituāt, Sane ſi episcopi inter quos cauſa verſatur diuerſa ſunt prouintiarum, ille primas det iudices in cuius prouintia eſt locus de quo contēditur ſi autem ex communi placito vicinos iudices elegerint aut duo eligantur aut tres, quod ſi tres elegerint, aut omnium ſententiā ſequātur, aut duorum, iudicibus aut quos cōmunis conſenſus elegerit nō liceat prouocare, & quiſquis probatus fuerit pro contumaciā nolle obtemperare iudicibus, cum hoc prime ſedis episcopo fuerit probatum, det litteras vt nullus ei cōmunicet episcoporum donec obtemperet.

Capitulum vigeliſimum quintum.

D ¶ Si in matricibus cathedris episcopus negligens fuerit aduerſus hereticos conueniatur a vicinis episcopis diligentibus, & ei ſua negligētia demonſtretur, vt ſe excuſare nō poſſit quod ſi ex die quo conuenitur intra ſex meſes ſi in eius prouintia executio fuerit, & non eos ad vnitatem catholicam conuertendos curauerit, non ei cōmunicetur donec impleat, ſi autem executor ad loca non venerit, nō aſcribatur episcopo, ſi autem probatum fuerit eum de cōmuniōne illorum fuiſſe mentitum dicendo eos cōmunicaffe quos eo ſciente non cōmunicaffe conſtiterit, etiam episcopatum amittat.

Capitulum vigeliſimum ſextum.

E ¶ Item placuit, vt quicunq; episcoporum neceſſitate periclitātis pudicitie virginalis cū vel petitor potens, vel raptor aliquis formidatur, vel ſi aliquo etiam mortis ſcrupulo periculoſo compūcta fuerit, ne non velata fuerit, aut exigentibus parentibus, aut hiſ ad quorum curam pertinet velauerit virginem ſeu velaui intra viginti quinque annos etatis non ei obſit conciliū quod de iſto annorum numero conſtitutum eſt.

Capitulum vigeliſimum ſeptimum.

F ¶ Item placuit ne diutius vniuerſi episcopi qui ad conciliū congregati ſunt, tenerētur ab vniuerſo concilio ternos iudices de ſingulis prouintiis eligi & electi ſunt de prouintia carthagenenſi Vincētius, fortunatianus, & clarus de prouintia numidie, Alippius Auguſtinus & reſtitutus de prouintia bizācena, cum ſancto ſene domitiano primatē Creſconius iocundus, & melianus, de mauritania ſitifenſi ſeuerianus aſiaticus, & donatus, de prouintia tripolitana plautius qui ex more legatus vnus eſt miſſus Qui omnes cum ſancto ſene aurelio vniuerſa cognoscant, a quo petiit vniuerſum conciliū, vt cūctis ſiue geſtis que conſecta iam ſunt ſiue episcopis ipſe ſubſcribat & ſubſcriperunt, Aurelius episcopus eccleſie carthagenenſis huic decreto conſenſi & perlecto ſubſcripſi Donatianus telepenſis prime ſedis ſubſcripſi, Auguſtinus yppone regienſis ſubſcripſi. Similiter & omnes episcopi ſubſcriperunt.

¶ Explicit conciliū Mileuitanum.

¶ HVCVSQUE CONCILIA AERICE

¶ Sequuntur

nota de prouocatione